

Quam ob causam, ad alia et alia loca magis attendunt dogmaticus et positivus; vel si eadem considerent, aliter tamen alius procedit, cum positivus sensum plene determinatum attingere velit, dogmaticus autem satis habet ad ^{minimum} minum quemdam sensum sed clarum atque certum pervenire.

sed aliquando

Diximus positivum non statim omnia in clara luce collocare velle, ideoque alias quaestiones relinquere insolutas, aliasque nisi probabiliter non resolvere. Quod sane in eo necessarium est qui omnia documenta omniaque monumenta ~~et~~ penitus intelligere velit. At si ~~positivus~~ finis scientificus in futurum, idque remotum, differri potest, finis tamen religiosus omnibus hominibus instat nunc. Quae enim ad salutem necessaria sunt, quae iudicio Ecclesiae ab omnibus sunt credenda, non ea sane via sunt fundanda quae probabiles hypotheses per probabiliores ita corrigat ut aliquando ad certitudinem perventum iri sperari liceat. Unde radicaliter inter se differunt ~~et~~ methodus positiva et methodus dogmatica

cum dogmata nisi intellectum non moveant
nam ipse operari non potest nisi omnibus suis potentiis simul motis,
sed dogmata caeteras hominis partes ita praeterire videntur ut nisi
intellectum ad verum non moveant.

Quae cum ita sint, evolutio dogmatica duo importat: nam ex
parte obiecti invenitur maxima quaedam reductio et simplizificatio
non solum
ut omittantur quae sensum, affectum, voluntatem moveant sed etiam
ipsa verorum multitudo, quam narrent scripturae, ad unum quoddam
fundamentale et technice dictum

cum dogmata nisi intellectum non moveant, ipse autem agere nequeat nisi omnibus potentiis simul motis agendum sit.

Quibus perspectis, facile colligitur quid significant conscientia indifferentiata et conscientia differentiata. Eius enim est conscientia indifferentiata qui numquam didicit diversis conscientiae schematibus uti, et ideo vel aegre vel nullatenus ea agere potest quae hominem exigunt specialibus vel artibus vel disciplinis vel exercitiis excultum. Differentiata autem est conscientia qui data occasione facile, prompte, suaviter ex communiore schemate in aliquod aliud et speciale transit.

ad illud unum multis commune pertineat, ita etiam in re dogmatica suo modo existunt universale directum et universale reflexum, eaque duobus stadiis maxime manifestis distincta: quod enim prius directe et exercite et implicite credebatur, illud idem postea reflexa et explicita rei declaratio signate definit ab omnibus fidelibus esse credendum.

Quare, cum parti dogmaticae et parti positivae alii sint fines aliaque objecta propria, aliae etiam sint methodi necesse est, si quidem methodus fini et objecto correspondere atque proportionari debet. Quae methodorum differentiae ex iam dictis facile colliguntur.

~~Diximus enim positivum non alias ponere quaestiones nisi quae ab ipsis datis immediate et quasi sua sponte exsurgunt, uti quis scripserit, et quid, ubi, quibus auxiliis, cur, ^a quomodo, quando, sed alterius et remotioris generis sunt quaestiones a dogmatico-positivae, quae totam ^u ^e quandam evolutionis processum supponant, eumque nisi in longiori ^a quodam arctiorum serie perspectum.~~

Diximus enim positivum non alias ponere quaestiones nisi quae immediate et quasi sua sponte ex ipsis datis exsurgant, neque aliter ad maiores conspectus procedere nisi per minima elementa lente acquisita et pedetentim addita atque ^u cumulata. Quos tamen maiores conspectus praesupponit dogmaticus, cum tota sua problematica inde ^{vel} orta sit quod alia vel aliter dicta videantur quae in scripturis, in patribus, in theologis medi vel recentioris aevi legantur. Non eadem ergo sed aliae et aliae sunt quaestiones a positivo et a dogmatico propositae.

Diximus positivum obscura, rariora, dubia minime praetermittere, cum haec praecipue elucidatione indigeant, cumque superfluum videatur in communibus, manifestis, certis laborare. Ad ^t dogmaticus, qui definitionibus fidei fundamenta quaerat, nullatenus potest certa ex dubiis, communia ex rarioribus, manifesta ex obscuris colligere.

dogmaticus autem satis habet ad minimum quemdam sensum sed clarum
atque certum pervenire. ~~ad unam fidem~~

Diximus positivam non statim sed aliquando omnia in clara luce
collocare velle, ideoque alias quaestiones relinquere insolutas,
aliasque nisi probabiliter non resolvere. Quod quidem in eo
necessarium est qui omnia documenta penitus intelligere vult.
Dogmaticus autem qui alteri inservit fini aliam et oppositam
experitur necessitatem. Quae enim ad salutem necessaria sunt,
ea in crastinum differre non licet. Sed ad salutem necessaria
sunt, quae de fide esse def

quaerit
id tamen quod dicit dogma est et, qua dogma, multis commune seu
universale et, qua universale, etiam definibile atque definitum,
sive de particularibus dogmatibus ab Ecclesia definitis agitur,
sive de de dogmatibus in genere quod definiri potest veritas propositionalis
divinitus revelata et, tanquam revelata, ab Ecclesia proposita
omnibus credenda (cf. DB 1792, DS 3011).

DS 3011). Aliud ergo est obiectum partis dogmaticae, aliud partis positivae; quae differentia, si bene tenetur, et fundat et explicat caeteras quae inde sequuntur differentias methodologicas. positivae; quae differentia non tam specifica quam generica est, cum ipsum intelligibilitatis modum respiciat

Quod positivae methodi obiectum ab eo caute distingues quod proprie universale est et in scientiis humanis uti psycholog^a, sociologia, oeconomia, aliisque eiusdem generis investigatur. His enim disciplinis quaeruntur leges quae et universaliter valent et ita ita inter se cohaerent ut systema quoddam efformant^e. Nec quidquam refert sive quod in ~~ii~~ legibus invenien^dis afferuntur documenta historica sive quod, legibus iam stabilitis historica, sive quod iam stabilitae leges magno cum fructu applicari possunt ad documenta historica intelligenda atque interpretanda

inter percipiendum iam seligit, mox selecta ordinat, ordinata demum iudicat; unde fieri solet tot sententias esse quot sint homines. Quem recipiendi modum multiplicem non prorsus excludit auditum Dei verbum, sive haereses respicis, sive alia opera aliorum membrorum Cr Christi, sive gratiarum diversitatū, sive prp propriam indolem alterius gentis, alterius culturae, alterius individui.

Atteamen per verbum Dei praedicatum et auditum effecta est unitas catholica. Catholica enim unitas est unitas fidei; et una est fides ex obiecto; et unum est obiectum quod propositionibus infallibiliter veris seu dogmatibus declaratur; neque aliunde derivantur haec dogmata quam ex b verbo Dei. Verbum ergo Dei,

Attamen per verbum Dei praedicatum et auditum effecta est unitas catholica; et sicut huius verbi multi sunt aspectus, ita multipliciter in unitatem catholicam efficiendam influxit. Sed verum est hoc verbum, et ideo etiam quatenus verum b verbum est, in unitatem efficiendam influxit, et quidem dupliciter: ~~mx~~ primo modo, ut fideles omnes unum verbum haberent verum; altero modo, ut ita mutaretur fidelium mentalitas ut veritatem propositionalem maximi facerent. Qua in mutatione quasi in radice continetur evolutio dogmatica

At si de generali quadam solutione non iam ambigitur, non ideo omitti potest tota tota huius rei consideratio. Nam parum doctus esse videtur alumnus qui generalia proferat quin particularia intelligat, neque omnis particularium intelligentia ad finem dogmaticum facit, sed ea quae detegit cur ad decretum Nicaenum non citius sit perventum. Non ergo factum quaerimus sed causae intelligentiam: non factum, cum dubitet nemo c. Nicaenum saeculo non primo sed quarto habitum esse; causae intelligentiam, quia mirantur permulti summam quamdam fidei veritatem per tria fere saecula et quodammodo cogit cognitam et quodammodo incognitam fuisse. Quaesane admiratio non antenicaenas mentes movebat sed modernas perturbat

At si de generali quadam solutione non iam ambigitur, non ideo omitti potest tota huius rei consideratio. Nam parum doctus esse videtur alumnus qui generalia proferat quin particularia intelligat; neque omnia quaecumque particularia ad find finem nostrum faciunt. Non enim directe nostra interest trium saeculorum historia doctrinalis, vel antiquissimi cuiusque auctoris quasi ad unguem exsculpta effigies, vel eorum sententias referre, discutere, iudicare qui in re antenicaena aestimantur nostrae aetatis eruditissimi, si quidem haec omnia ^{pertinent} manifeste ad theologiae partem non dogmaticam dogmaticam sed positivam. manifeste pertinent ad partem theologiae non dogmaticam sed positivam. Quaerimus enim non factum sed facti causam, neque positivam quae agit cusam s causam, sed negativam quae impedit. Dubitat enim nemo utrum c. Nicaenum saeculo primo an quarto habitum sit, sed m9r mirantur permulti quod per tria fere saecula summa quaedam fidei veritas per tria fere saecula et cognita et tacita est mirantur permulti permulti summam quamdam fidei veritatem per tria fere saecula et quodammodo ⁿ cogitam et quodammodo incognitam fuisse.

At si de generali quadam solutione non iam ambigitur, non ideo omitti potest tota huius rei consideratio. Nam parum doctus esse videtur alumnus qui generalia proferat quin particularia intelligat; neque omnis particularium intelligentia ad finem dogmaticum facit, sed ea quae detegit atque illustrat cur ad decretum Nicaenum ferendum non citius sit perventum.

Similem ergo ponimus quaestionem ac Herbet^r Butterfield

Similem ergo ponimus quaestionem ac in alia materia posuit Herbert Butterfield, qui scientiae modernae origines investigavit et illud praecipue quaesivit cur non prius ad systema newtonianum ~~pe~~ perventum sit

PARS PRIMA

PRAEMITTENDA

Totius opusculi divisio facillima est cum duae tantum sint partes, quarum altera quinque dogmata exponit et in fontes revelationis reducit, altera autem praeviam quamdam considerat quaestionem, inde a Petavio motam, cur scilicet anticquissimi scriptores christiani posteriores fidei formulationes praevidissee non videantur neque decreta nicaena neque alia et posteriora praevidissee videantur.